

sic dictam martis solarem seu potius marcasitam seu  
 mineram sulphuris, **Schwefelfus**/ diuturna expositio-  
 ne in aëre libero largiri copiosam quantitatem vitrioli  
 subtilissimi: eodem modo terræ petrosæ, item nitro-  
 sæ, omni sale exhaustæ, diutius autem libero aëri  
 commissæ, insignem salium quantitatem iterum in se  
 recipiunt. Notum quoque porro est, Salia (v.g. vi-  
 triolum, commiscendo limaturam martis cum Spiritu  
 vitrioli, nitrum, combinatione Spiritus nitri cum sale  
 tartari, Sal commune miscendo Sp. salis cum liqvore  
 alcalino, artificialia reparari ac regenerari posse, sic quo-  
 que *Dn. Monfcbnyder in Tr. Metamorph. Planet.* curiosum  
 communicat processum, dum ex omnibus metallis,  
 quæ prius mixta cum regulo antimonii & pulvere de-  
 tonante, vertit in cineres, elici posse vitriolum subti-  
 lissimum, ac virtute nobilissimum & pro diversitate  
 metallorum varium, edocet. Tacemus jam innumera-  
 biles salium artificialium species usui medico inservi-  
 entes, quæ ex mutuâ corporum & liqvorum mixtione  
 resultant, qualia sunt: nitrum fixum, Sal Glauberi, bor-  
 rax, vitriolum lunæ, sacharum Saturni Sal veneris,  
 Tartarus tartarifatus, vitriolatus, nitrum vitriolatum,  
 Sal oculorum cancri, & sexcenta alia, quæ omnia ex-  
 combinatione variorum liqvorum, & corporum  
 emergunt.

Salia tam natu-  
 ralia, quam ar-  
 tificialia, non  
 simplicia sed  
 corpora mixta  
 sunt. Idque  
 probatur variis  
 argumentis.

§. XII. Dicta hæc omnia Salia tam naturalia, quam  
 artificialia, non corpora simplicia, & homogenea, sed  
 mixta & maxime composita sunt. Quamvis enim  
 acida item alcalia volatilia & fixa prorsus uniformia  
 & homogenea videantur propter saporem commu-  
 nem, & effectum ratione mutuæ destructionis & re-  
 pugnan-